

Engelbertus
monachus
treuerensis.

Mortalitas
magna fuit
in germania.

Huius mōstij
xvi. monachi
in peste obierūt.

doctissimi postmodum episcopi. uir in diuinis scripturis doctus et
in secularibus hīs ualde eruditus. cum adhuc monachus esset
in prefato cenobio bobienſi publicam monachorum ſcholarum
tenuit: ac multos post ſe diſcipulos eruditiffimos reliquit.
Ingenij quoq; ſui multas lucubraciones poſteritati tranſmiſit.
Floruit etiam hiſ temporibus Engelbertus monachus ce-
nobij ſancti Eucharj treuerenſis quod hocie ſancti Mathie
apostoli uocabulo nuncupatur patria moſellanus uir uide-
rinq; doctiffimus metro exercitatus et proſa qui ſcripſit int-
retera ingenij preclari opuſcula. Vitam et paſſiones duodecim
apostolorum metro De muſica et de compoſitione morchor-
di quedam ſyntaxmata compoſuit. Et pleraq; alia que ad
manus noſtras non uenerunt. Huſ poſtea in abbatem mo-
naſterij cuius nomen reperire non potui electus poſt annos
aliquot in dño requieuit. xij. Calend. martij. ſicut in eius
epitaphio patet ſubiecto. Hoc recubat buſto ſemp memo-
rabilis abbas. Engelbertus. cuius ſpiritus aſtra ſolūt.
Mensis martij obiit bis ſemis ipſe calendis. Conſtruxit
templum quod retinet tumulum. Anno ſecundo abbatif
Hardfridi maxima peſtilencia fames ac mortalitas per
totam germaniam nimis inuaduit et tanta ſiccitas qd
pene genus omne frumenti in terram ſati perijt p̄ nimia
ſiccitate quia non habuit humorem quo creſcere potuiſſet.
Interca dum lues ipſa peſtilencie in omni circa regione mi-
nimum graſſaretur. morereturq; multitudo hominū maxima.
etiam monaſterium ſancti Aurelij hirsaugienſe noſtrum
heū crudeliter inuaſit. et totius deſtructionis eius que
paulo poſt ſequuta eſt ut nobis apparet occaſio fuit.
Nam in breui tempore ut pote quatuor menſium tam mi-
ſeranda clade. ~~xvi.~~ huius cenobij monachi conſumpſi ſunt.
qui omnes in hac peſtilencie mortalitate obierūt. Nouiſſie
vero mortuus tot fratribus cum ſine putaretur ad eſſe
periculo paſtor oues ſeratus eſt. Nam eodem anno qui fuit
ut dicitur natiuitatis. Dccc. lxxxvij. Hardfridus abbas